

3600
NOVVS PROTEVS
IESVS
SALVATOR
MVNDI.

Anagrammaticè
centies inuersus, ac centum distichis
ADORNATVS:

ET


*In Strenam Iuuentuti Studiose Monasterij
Tynecensis, Ordinis*

S. BENEDICTI,

AB

A. R. D. STANISLAW SCZYGIELSKI,
PRAEPOSITO TVCHOVIENSI
OBLATVS.

Calendis Ianuarijs, Anno reparatae salutis
M. DC. LXIV.



CRACOVIAE,

Apud ALBERTVM SIEKIELOWIC,
S. R. M. Typographum.

Handwritten signature
H. 1022

I E S V S
D E V I R G I N E
N A T V S.

A N A G R A M M A.

Sanè vigens virtus Dei.



Quis, precor, iste puer prodit de Virgine natus?
Sit licet in cunis, est ratione vigens.
Sanè CHRISTE vigens puer es Sapientia Patris,
Atque Dei virtus diceris esse simul.

Wyższa Szkoła Pedagogiczna
w Bydgoszczy
Biblioteka Główna

52024



Charissimis In CHRISTO Fratribus,
CELEBERRIMI TYNECENSIS MONAST.
ORDINIS S. P. NOSTRI

B E N E D I C T I
P R O F E S S I S:

F. P. STANISLAVS SCZYGIELSKI,
Præpositus Tuchouienfis.

Felicissimum Noui Anni, precatur auspiciam.



Anuarij Calendas anni auspices largiendis Strenis sacrauit Antiquitas, FF. Charissimi, atq; ea consuetudo iam inde à Tatio Sabinorum Rege in posteritatem transmissa est, quem Verbenas felicis arboris ex luco

Strenia, noui anni auspices primum accepisse, auctor est Symmachus, argumento indubitato, Viris Strenuis strenas conuenire, atq; ob Virtutem deberi. Vestros itaque in Sacris Studijs perui-giles labores, & strenuos in literis, Religioso dignis, conatus diu audio, incredibili animi efferor. laci-

A 2

tiâ,

tiâ, gaudeoque plurimum, recaluisse literarum
amorem apud Vos, quibus tædium prius gene-
rabant: qua profecto Vestra tantâ animi con-
tentione assumpta Studia, dissimulare nequeo,
cum eorum gloria me delectet abundè; idque
unicè cupiam, ut maiorem Sapientiæ sitim &
aviditatem Doctrinæ, ipse discendi ardor in Vo-
bis promoueat, & usus dulcedinem insinuet.
Felicius quippè omen iam capio ex literis, qui-
bus Vos addictos inaudio; futurum certè spe-
rans, quin cum ijs & Pietas associata veniat,
& Virtutes cætera secundo cursu ferantur.

Ac quoniam religiosum Votiuumque existi-
mo bonas artes stimulo præmiorum feliciùs in-
citare, Strenas Ianuarias, inuitamenta sudoris,
Vestro præmiando labori strenuo, offerre decreui:
nempè **SALVATOREM MVNDI**
IESVM infantem, à Nostro **QVINTINO**
Monacho anagrammaticâ Pœsi doctissimè exor-
natum typis publicari effeci, Vestrisque hunc fa-
cundi ingenij partum manibus consecraui, ut
tam pÿ & docti Musæ Benedictinæ iusus, ad
maiores in literis profectus, mentes Vestras ex-
stimulent, & laudabilem doctrinæ ambitionem
ingerant; quatenus acquirendæ opulentissimæ
eruditioni intenti amplius, quicquid & in Pœ-
tis Orthodoxis argutum vel amenum, apud O-
ratores graue, in Annalibus fidele, inter Gram-
ma-

maticos eruditum, in Philosophia subtile, necessa-
rium & diuinum in Theologia studiosè deprehen-
deritis, totum id pectore calenti hauriatis, futuri
iusti hæredes veterum literarum. Istud itaque
agite, & quâ cœpistis alacritate contendite,
rati non vulgare Vos obsequium Ordini & Tynecio
præstituros, cum in eâ Studia neruosius incubuerit-
tis, quæ inscitia portenta de medio tollunt, quæ o-
tium excludunt, quæ sanctas, quæ admirabiles,
quæ doctas & beatissimas efficiunt Religiones.
Habet enim Tynecense archisterium Regni nostri
princeps & primarium Ordinis Benedictini do-
micilium, permultas commoditates, quæ ani-
mos Vestros ad studia rerum diuinarum, &
veritatis in otio literario contemplationem, pos-
sint permouere. Si situm, si adiacentia cir-
cumspiciatis? quæ loci clementia, quæ rerum
copia, quæ necessitatum prouisio, quæ librorum
abundantia, quæ celebritas antiquissimi & quon-
dam ditissimi Monasterij, qui vicinorum de Ty-
necio sensus, quæ expectatio: Ordo ipse **BE-**
NEDICTINVS Sanctitate & Doctrinâ
semper illustris, **TYNECENSIS** item **MO-**
NASTERII necessitas, ipsaque affluentia
temporis, id à Vobis exigere meritissimo iure vi-
dentur. Ad sunt Vobis permulta præsidia ad benè
beatèque viuendum, sunt ad ornamentum, ad o-
mnem commoditatem permulta; quibus si libera-
lium

lium artium Studia, Tynecij quondam (si historia inspiciatur) culta, si florentissimum Philosophiae ac Theologiae gymnasium, si officinam artium honestissimarum addideritis ; nescio quid Vestro Tynecio auctius ? quid nobilius ? quid admirabilius ? quid religiosius ? possit aut beatius excogitari ? Sin autem studium regulare & contemplationis artes contemnentur ? Verendum profecto est, ne de tanti Cœnobij copijs, magnaq; æstimatione plurimum detrabatur. quod ut in opportuno commodoque situ, in copia, in opulentia, in omni bonorum genere multum habere praesidij videtur, maxima tamen pars in Doctrina & Sanctitate illi omnimodè necessaria est constituta. quibus demptis, non Video quid admodum amplum, quid religiosum ei possit ex primo splendore ac gloria remanere. Quod ut optime persuasum Vobis habeatis FF. Charissimi absq; Sanctitate & Doctrina nec Ordinem Benedictinum promoueri posse nec conseruari ; ac illud certissimum esse debet, perfectam Tynecensis Monasterij atq; adeo Ordinis Vniuersi felicitatem sine Studij literarij à Regula praescripti praesidio, retineri non posse, quod rerum caelestium contemplatione verique perspicentia contineatur,

I E S V S
S A L V A T O R
M V N D I.

ANAGRAMMA PRIMVM.

1o, sum Deus naturalis.

Filius ipse Dei Deus est aeternaque laetus
Dum tenet in caelis gaudia, cantat io.

2. VERITATI AETERNÆ.

Iesus Saluator mundi.

Is solùm nuda veritas.

Omnis homo mendax, solùm Deus esse probatur
Verus ; ab aeterno talis & ipse fuit.

3. IMMVTABILI.

Iesus Saluator mundi.

Sum in Deo fita laurus.

Est Deus, inque Deo laurus velut una, virorem
Cernitur elysij semper habere soli.

4. SALVTIS NOSTRÆ AMATORI.

Iesus Saluator mundi.

En diuus salutis amor.

Ecce salutis amor diuus Deus ipse videtur ;
Est etenim saluans non nisi purus amor.

5. AD SALVTEM NOSTRAM ASPIRANTI.

Iesus Saluator mundi.

Vnus salutis Dei amor.

V Nus amor, quo plena Dei sunt viscera Christi,
Dicitur hic merito nonne salutis amor?

6. A SANCTIS PATRIBVS DESIDERATO.

Iesus Saluator mundi.

Tu salua: eris Dominus.

C Lamor erat Patriū, Salua nos Christe Redēptor,
Noster eris Dominus, noster erisque Deus.

7. AB EISDEM SÆPIVS EXPETITO.

Iesus Saluator mundi.

Vise solūm tu radians.

V Ise solūm terramq; tuo fulgore serena,
Certa animi veniat te radiante salus.

8. A PROPHEtis NVNTIATO.

Iesus Saluator mundi.

Visa erit salus mundo.

V Ista salus aderit, dicebant sępę Propheta,
CHRISTVS erit mundo, credite, visa salus.

9. E COELO IN TERRAM DELAPSO.

Iesus Saluator mundi.

Vnius Dei saltus, amor.

S I quos Numen agit saltus, cernuntur amoris;
A celo in terram saltat amore Deus.

10. AMOREM ęTERNVM IN TEMPORE MANIFESTANTI.

Iesus Saluator mundi.

Diu latens visus amor.

S It licet ęternus, post plurima tempora, Diuus
Matre fuit natus Virgine visus amor.

11. VIRGINę MATRE GENITO.

Iesus Saluator mundi.

Vnus ideō laus Matris.

P Rodijt hic vnus concl. sã Matris ab alio?
Laus ideo Matris dicitur iste puer.

12. IN STABVLO NATO.

Iesus Saluator mundi.

Olim Deus natus aruis.

P Aruulus hic medijs est olim natus in aruis,
In stabulo cunas vidit vt ipse suas.

13. PASTORIBVS ANNVTIATO.

Iesus Saluator mundi.

Suavis in melos datur.

D Vlce melos CHRISTO fuit enascente per actum?
Dulce melos CHRISTVS sed magis ipse fuit.

14. CIRCVMGISO.

Iesus Saluator mundi.

Sanę suavis do litrum.

E Cce puer IESVS sua confert dona salutis,
Paruulus effuso sanguine datque litrum.

15. LEGEM PERFICIENTI.

Iesus Saluator mundi.

Is laudaturus Moisen.

Non voluit Moſis CHRISTVS perfringere legem;
Illā ſed hoc melior facta docente fuit.

16. STELLÆ INDICIO MAGIS OSTENSO.

Iesus Saluator mundi.

Luminofus eat radius.

Clarus eat radius, ſtelle ſua lumina pandat
Indicio, & ſtabuli ducat in antra Magos.

17. A MAGIS ADORATO.

Iesus Saluator mundi.

Suâ nimis laude ortus.

Pauper & abiectus quamuis videatur hic ortus;
Laude ſuâ, ut Deus eſt, non tamen ille caret.

18. IN HVMILITATE EXALTATO.

Iesus Saluator mundi.

Laus Deo, manſi virtus.

Quod non antè fuit, ſumpſit de Virgine natus:
Sed quod erat, virtus manſit, ut antè Dei.

19. IN TEMPLO PRÆSENTATO.

Iesus Saluator mundi.

Simeoni ſaluus datur.

Fertur ut in templum, Simeoni offertur IESVS,
Cuius in amplexu ſunera cantat olor.

20. REGI PACIFICO.

Iesus Saluator mundi.

Noua Iris ſum delatus.

Pacis habet ſignum radians in nubibus Iris;
Sic pariter CHRISTVS ſœdera pacis habet.

21. SINCERO ET CORDE RECTO.

Iesus Saluator mundi.

Iſraëlita mundo vſus.

Vir pius ac ſimplex eſt mundo taliter vſus,
Ac ſi mundum habitans de ſuper aſtra foret.

22. ADÆ SECUNDO.

Iesus Saluator mundi.

Lenis Adam virtuoſus.

Lenis hic eſt Adam magnâ virtute ſecundus,
Et quod primus homo debuit, ille luit.

23. ALTERI NOËMO.

Iesus Saluator mundi.

Is alius datur Noëmus.

Ecce alius Noë, fabricatâ corporis arcâ,
Qui cunctos homines eripit ànne ſtygis.

24. NOVO SAMVELI.

Iesus Saluator mundi.

Samuël diuis ornatus.

Hic nouus eſt Samuël diuino munere Vates,
Vnctio Principibus quo tribuente datur.

25. SAVLI COMPARATO.

Iesus Saluator mundi.

Sitne Saül diuus amor.

Sitne Saül diuinus amor? *nam more Saülis
Aurea dum pugnat sic amor arma gerit.*

26. PRÆ FILIIS HOMINVM SPECIOSO.

Iesus Saluator mundi.

Ardes vita luminosus.

Splendida non tantum facies & forma resulget;
Tota sed ethereo lumine vita micat.

27. TOTI VIRGINEO.

Iesus Saluator mundi.

Sis veluti rosa munda.

Et rosa flos merito florum regina vocanda;
Diurorum melius tu pie CHRISTE rosa.

28. SVAVISSIMO.

Iesus Saluator mundi.

Is nardum suavis olet.

Suavis olet nardum fragrans virtute suavis:
O quam dulcis odor, quamq; suavis amor!

29. MELLIFLVO.

Iesus Saluator mundi.

Tu mel ordinas suavis.

Melleus & suavis sic mellea, suavia IESVS
Ordinat, est verbis mellifluisque suis.

30 A.

30. AMABILI.

Iesus Saluator mundi.

Vir uti Sol es amandus.

Omibus est radians merito Sol nunquid amadus?
Sol veluti CHRISTVS dignus amore venit.

31. IN AMORE FORTI.

Iesus Saluator mundi.

Validus es intus amor.

Intrus agis diuinus amor, validusque sacratio
In cunctis feruens pectus ab igne geris.

32. IN AMORE PERSEVERANTI.

Iesus Saluator mundi.

Sit valens diuus amor.

Diuus amor nostras urat, precor, igne medullas,
Exhibito nobis robore sitq; valens.

33. IN AMORE SVBLIMI.

Iesus Saluator mundi.

Is altus vnus Dei amor.

Altus amor CHRISTI, nihil est excelsius illo:
Vt talis fuerit, non tamen ima fugit.

34. IN AMORE FERVENTI.

Iesus Saluator mundi.

Vt Delius viros amans.

Delius ecce nouus, feruens, simulatq; coruscans,
Et sincerus amans diligit ipse viros.

35. In

35. IN AMORE FVLGENTI.
Iesus Saluator mundi.
Vt fidus, laus in amore.

Laus in amore *mitans*, vt fidus luce coruscet;
Non aliter diuo laus in amore valet.

36. IN AMORE PRVDENTI:
Iesus Saluator mundi.
It validus sensu amor.

Hic amor it validus sensu; *deliria nescit;*
Actibus in cunctis sed sapienter agit.

37. IN AMORE NVTRICIO:
Iesus Saluator mundi.
Vnus amoris Deus alit.

Omnes vnus alit, Deus hic apparet amoris,
Quo bonus & pariter viuit alente malus.

38. IN AMORE DISCRETO.
Iesus Saluator mundi.
Tu es sal diuinus amor.

Sal diuinus amor *merito tu cerneris esse:*
Condimenta etenim mentibus vsque paras.

39. IN AMORE BENIGNO.
Iesus Saluator mundi.
Indulsi at vsus amore.

Vsus amore, *reis indulsit crimina cunctis;*
Hi modo si pereant, id noua culpa facit.

40. PIO ET CLEMENTI DOMINO.
Iesus Saluator mundi.
Vis Dominus salutare.

Tu pius es Dominus, *nostram vis vsque salutem;*
Quod vis, hocq; volet, sit nisi stultus, homo.

41. PATRI MISERICORDIARVM.
Iesus Saluator mundi.
Iussi donum salutare.

Ipsi salutis amans fieri vult dona salutis,
Auxilium miseris non iubet atque dare.

42. TOTIVS CONSOLATIONIS DEO.
Iesus Saluator mundi.
Diuus tu lenis amarus.

Odiuus, *Diuisq;* Deus qui premia confert,
Quam pius unguentis lenit amara suis!

43. CÆLESTIS GRATIÆ LARGITORI.
Iesus Saluator mundi.
Ros diuus lenis amatu.

Ros velut est **CHRISTVS**, totus sed lenis amatu;
Felix qui simili rore madescit ager.

44. ANIMAS IRRIGANTI.
Iesus Saluator mundi.
Amandi vti ros leuis.

Ros leuis est **CHRISTVS**, *facilis dum gratia nostras*
Mentes athereo Diua fauore rigat.

45. MEDICO SPIRITVALI.

Iesus Saluator mundi.

Tu diuus liuorem fanas.

L *liuidus accep'o nostrum tu vulnere fanas
Liuorem: Medicus c' rneris esse nouus.*

46. NOSTRO SAMARITANO.

Iesus Saluator mundi.

Tu melior fanas diuus.

T *v melior fanas animarum publica cura,
Quam facit Hippocrates, P'oniushq; senex.*

47. DIABOLICÆ FRAVDIS DETECTORI.

Iesus Saluator mundi.

Vir leniùs doma astus.

E *la agè, CHRISTE doma peragens vir leniter astus;
Qu' libet abscedat te retegente dolus.*

48. BONA INSPIRANTI.

Iesus Saluator mundi.

Sator viuus das lumen.

I *pse sator mundi das cœlica lumina viuus:
Mortuus haud lucis cernitur esse capax.*

49. MONITORI VALIDISSIMO.

Iesus Saluator mundi.

Vir fat validus mones.

V *ir satis es validus, monitis nos iugiter urgens,
Quos cupis aterni iussa tenere Patris.*

50. Sua-

50 SVASORI PRVDENTISSIMO.

Iesus Saluator mundi.

Vti Suafor des lumina.

E *st Deus à nobis noscendus luminis auctor,
Sinceri sapiens consiliq; dator.*

51. CONSTANTI ET ANIMOSO.

Iesus Saluator mundi.

Is laudetur animosus.

I *s referat laudes, animosus ut esse probatur:
Fregit enim stygij robora cuncta Ducis.*

52. ZELOS O.

Iesus Saluator mundi.

Adsum vir notus Elias.

E *st velut Elias magno seruore repletus;
Mitior est eius seruor amore tamen.*

53. SVÆ GLORIÆ VINDICI.

Iesus Saluator mundi.

Vnus iste amor laudis.

L *audis amor Deus est, huic gloria redditur omnis:
Si qua non fuerit reddita, vana perit.*

54. A SE LAVDABILI.

Iesus Saluator mundi.

Is sua laus erit mundo.

I *ndiget haud titulis, ferat ut pr'conia laudis;
Is sua sed mundo laus erit apta satis.*

B

55. So-

55. SOLI IUSTITIÆ.

Iesus Saluator mundi.
Sol ritè visu amandus?

H *ic est iustitia Sol visu CHRISTVS amandus ;
Pra cunctis etenim dignus amore venit.*

56. FVLGENTISSIMO.

Iesus Saluator mundi.
Do visus terfa lumina.

S *ol velut, ex animo scelerum caligine pulsâ,
Virtutum radijs lumina terfa fero.*

57. ANIMAS ILLUSTRANTI.

Iesus Saluator mundi.
Sanè viro altum fidus.

N *oscitur esse viro fidus virtutibus altum,
Illustrans animum, dum facit alta Deus.*

58. INNVTIIS AQVAM INVIVVM CON-
VERTENTI.

Iesus Saluator mundi.
O Salutaris des vinum.

C *HRISTE Salutaris des vinum, supplico, dixit]
Mater, & est purum sic aqua facta merum.*

59. SVAVITER OMNIA DISPONENTI.

Iesus Saluator mundi.
Multa suauiis ordines.

S *vauis vr es IESV, facias sic multa suauiis :
Omnia namq; operans suauiia Numen agit.*

60. Vi.

60. VITA ADMIRABILIS.

Iesus Saluator mundi.
Solut è vita mirandus.

V *tplures fuerint, fecit quos vita stupendos ;
Longè plus CHRISTI vita stuporis habet.*

61. IN MONTE THABOR TRANSFIGVRATO.

Iesus Saluator mundi.
Sat suo lumine radius.

N *on aliundè nitet, propriâ virtute resulget,
Clarus vt in Thabor culmine CHRISTVS adest.*

62. PASTORI BONO.

Iesus Saluator mundi.
Vir ouis dans salutem.

H *ic bonus est Pastor, gregis est cui cura salutis,
Quiq; suo vitam sanguine donat oui.*

63. NOVÆ LEGIS SACRIFICIO.

Iesus Saluator mundi.
O diues altaris munus !

O *diues ! magnumq; nimis, quod munus habetur
Altaris, CHRISTVS victima sacra Patri.*

64. PANI EVCHARISTICO.

Iesus Saluator mundi.
Vanos alit mirus Deus.

M *irus alit Deus ipse homines quandoq; rebelles,
Et vanos proprio corpore CHRISTVS alit.*

B 2

65. In

65. IN ALTARI CONSPICVO.

Iesus Saluator mundi.
Tale fidus nouum aris.

T Ale nouum *sacris* CHRISTVS *resplendet in aris*
Sidus, & *irradians solis adinstar adest.*

66. AGNO PASCHALI.

Iesus Saluator mundi.
Vnus Deus litas amori.

E Cce litas *Diuo* Deus *ipsemet vnus amori,*
Sacrificans Deus es, resque sacrata simul.

67. ADIUTORI NOSTRO.

Iesus Saluator mundi.
Diūs mortales iuuans.

O Mnibus ille iuuans *dextram mortalibus offert;*
Illius renuat quis nisi stultus, opem?

68. REIS PERFUGIO.

Iesus Saluator mundi.
Munus reis dat oliuas.

N Onnè reis *gratū* munus dat CHRISTVS oliuas,
Dum nos sanguineo lenit, & imbre rigat?

69. VADI PRO NOBIS CONSTITVTO.

Iesus Saluator mundi.
Vas utilis mundo eris.

V T vadis *officium* fecit Saluator IESVS,
Est visus meritis utilis esse suis.

70. MEDIATORI NOSTRO.

Iesus Saluator mundi.
En saluis sum adiutor.

A Diutor saluis *est fuso sanguine promptus,*
Atque Deo per eum conciliatur homo.

71. PECCATORIBVS PROPITIO.

Iesus Saluator mundi.
Diuinus malos seruat.

I lle malos seruat *diuinus in omnibus actis:*
Effectu Deitas non meliore patet.

72. PECCATORES EMVNDANTI.

Iesus Saluator mundi.
Suos mundauit Israël.

I pse suos Israël mundauit *crimine seruos,*
Innocuus pœnas pertulit atque rei.

73. PRO PECCATIS HOLOCAVSTO.

Iesus Saluator mundi.
Is donum sui salutare.

A mplius *haud* donum est, *quàm se donare rogãti;*
Plurima dona dedit, se Deus atque dedit.

74. A MALIS NOS LIBERANTI.

Iesus Saluator mundi.
Nos malis diuus eruat.

Q uesumus ille malis diuus nos eruat *omnes,*
Iustitie primam restituatque stolam.

B 3

75. Mun-

75. MVNDI REDEMPTORI.

Iesus Saluator mundi.
Reis vita, Mundo salus.

V Itareis, Mundoque salus Saluator IESVS.
Cernitur, ut miseros eripit amne stygis.

76. SALVTIS LARGITORI.

Iesus Saluator mundi.
Isti donum vera salus.

V Era salus IESV magno est pro munere donum:
Nil homini maius namq; salute datur.

77. SALVATORI POTENTISSIMO.

Iesus Saluator mundi.
Res saluauit dominus.

R *Omanam Fabius cunctando restituit rem:*
CHRISTVS res hominum restituit dominus.

78. SALVATORI MITISSIMO.

Iesus Saluator mundi.
Me saluat ros diuinus.

M *Itis ut est IESVS, saluat me roris ad instar,*
Depluit atque animo plurima dona meo.

79. SANGVINVM SPONSO.

Iesus Saluator mundi.
Is doluit verus amans.

V *erus amans doluit passus tormenta Redemptor:*
Quis sine tanta queat namq; dolore pati?

80. Ad

80. AD PASSIONEM LATO ANIMO PRO-
PERANTI.

Iesus Saluator mundi.
Animosa ludes virtus.

A *rdua dum patitur, virtus infirma laborat,*
Ludit, & exultans est animosa malis.

81. SANGVINEO SVDORE MADIDO.

Iesus Saluator mundi.
Salus in morte fudaui.

O *Quantum innocuus sudauit mortis in hora &*
Sudor erat fletus, sudor eratque cruor.

82. SVO SVDORE NOS LIBERANTI.

Iesus Saluator mundi.
Ita sudans solui reum.

Q *vando ita sudauit mixta cum sanguine lymphâ,*
Illius absoluit sanguis & vnda reum.

83. DEO PATIENTI.

Iesus Saluator mundi.
Diu vim toleras sanus.

I *N cruce suspensus toleras vim corpore laesus;*
Ast animo sanus cerneris esse Deus.

84. CRUCI AFFIXO.

Iesus Saluator mundi.
Diuus moriens saluat.

N *On frustra est moriens tribuit sed morte salutem,*
Magnaque pro nobis premia diuus habet.

B 4

85. In

Iesus Saluator mundi.
An Deus alijs mortuus?

Mortuus ecce Deus: noua res & digna stupore;
Res tamen haud ista verior vlla datur.

86. PRO OMNIBVS PASSO.

Iesus Saluator mundi.
Omni datur eius salus.

Omni bus vna salus datur hic pro fontibus infans;
Omnibus vt proficit, sic precor, vna salus.

87. SVA NOBIS MERITA APPLICANTI.

Iesus Saluator mundi.
Merito diuus saluans.

Ex merito CHRISTVS saluans nos diuus habetur:
Sed nobis meritum contulit ipse suum.

88. AD INFEROS DESCENDENTI.

Iesus Saluator mundi.
Diuos lustrauit manes.

Diuos lustrauit penetrando Tartara manes;
Pluribus eductis inde trophaea tulit.

89. A

Iesus Saluator mundi.
Sum diuus alter Ionas.

Alter hic est Ionas mortis demersus abyssos;
Resituit vite tertia quemque dies.

90. VICTORI GLORIOSO.

Iesus Saluator mundi.
Laureatus is Dominus.

Is victor Dominus superata morte triumphat,
Illius & cingit laurea parua comas.

91. LEONI DE TRIBV IYDA.

Iesus Saluator mundi.
Audis mirus Leo natus.

Ille tribu Iudae Leo natus mirus habetur;
Omnia namq; Erebi monstra valore domat.

92. OB PASSIONEM EXALTATO.

Iesus Saluator mundi.
E duris tua laus omnis.

E duris tua laus IESV cognoscitur omnis:
Passio dura fuit, laus sed amena fuit.

93. To-

93. TOTIVS MVNDI DOMINO.

Iesus Saluator mundi.
Is, sua laus dominetur.

Is sua laus toto regnans dominetur in orbe,
Et teneat sceptris debita iura suis.

94. AD CÆLOS ASCENDENTI.

Iesus Saluator mundi.
Euolans fursum adijt.

Evolat hic fursum, nullis tamen utitur alis,
Sed virtute suâ se super astra vehit.

95. IVDICII SVPREMO.

Iesus Saluator mundi.
Datus aëri luminosus.

CVM CHRISTVS veniet residens super aëra Iudex
Irradians magno lumine visus erit.

96. REPROBOS CONDEMNANTI.

Iesus Saluator mundi.
Tu olim suavis ardens.

CHRISTE tua exardens erat olim Iudicis ira;
Ut modo suavis amor, tunc erit ira grauis.

97. CITRA CONDIGNVM PVNIENTI.

Iesus Saluator mundi.
Diuinus es vltor? amas.

Sis quamuis scelerum vindex, diuinus & vltor:
Attamen ut plectis crimina, semper amas.

98. ELECTOS CORONANTI.

Iesus Saluator mundi.
Vnus saluos redimiat.

Efficat ut saluos, sic saluos ipse coronet:
Gratia processit, gloria sitq; sequens.

99. SANCTORVM GLORIÆ.


Iesus Saluator mundi.
Sat in se laus diuorum.

Diuorū meritò laus maxima CHRISTVS habetur;
Satque suis meritis præmia laudis habet.

100. VITÆ ET PRÆMIO ÆTERNO.

Iesus Saluator mundi.
Sis vita, dones laurum.

Sis mea vita Deus; nam mors est altera vita:
Atque tuo pugili laurea dona feras.



SACRA ITERVM
IUBILATIO,

EIDEM INCARNATO
VERBO DEI,

I E S V
C H R I S T O
DOMINO NOSTRO
HVMANI GENERIS ASSERTORI
PIENTISSIMO
INVERSO SIMILITER METRO
PANGITVR.



(✻) (✻) (✻)

Iesus Dei Filius.

A N A G R A M M A.

Viuis es fidelis.

E Vryalus Niso, Pyladesq; Fidelis Orestii
Dum canitur, Vates quid nisi vana refert?
Quosque suo exhibuit Polluci Castor amores,
Ingenij fictos quis neget esse iocos?
Et tua Penelope que praestita fertur Vlyssi,
Est merito thalami fabula habenda fides.
Hac etiam maior si qua cantata Poëtis
Vlla fides, fidei non nisi larua fuit.
Nulla fides mundo, nullisque Fidelis amicus:
Fallit enim mundus, fallit amica fides.
Carus Alexandro vixit quandoque Philotas.
Hostis Alexandro maior at inde fuit.
Fœdus amicitiae Pompèi & Cesaris arctum,
Postea Pompeium Caesar ad arma vocat.
Tullius Augusto placuit sermone disertus,
Ante tamen mortem desijt illa fides.
Nunquam finis erit, cupiam si cuncta referre
Damna, tulit mundo que violatus amor.
Cernitur instabilis maior constantia ponti,
Quàm sit amicorum non reputanda fides,
Tu solus merito Viuis es CHRISTE Fidelis,
Est dextra auxiliij sola tenenda tui.

Tu quaecumque facis, seruas promissa Fidelis;
Fallere mens fraudis nescia namque Dei est.
Dumq; potes, quod vis, tu cerneris usque Fidelis,
Quae promissisti semper habentq; fidem.
Constantes animo tantum sint, atque Fideles,
Qui post fata volunt te pie CHRISTE frui.
A modo fac igitur maneam tibi CHRISTE Fidelis,
Ut tibi sim talis, tu mihi qualis eris.

Iesus Dei vnigenitus.

A N A G R A M M A.

Diuinus est ei genius.

Qualis inest CHRISTO genius, vis noscere Lectori
Quod tibi pango metris, hoc Anagramma lege.
Est diuinus ei genius, Deus atque probatur,
Qui Patri equalis cernitur esse Deo.

Deus incarnatus.

A N A G R A M M A.

Tu in carne sudas.

O Deus, humanâ tectus dum carne videris,
Pro sudore tibi sanguis, & vnda fluunt
Vnda fluit, varijs quando peregrinus in oris,
Tu semen fidei nocte, dièque jadis.

Gethse-

Gethsemani exorans Patrem conclusus in horto,
Proximus & morti, sanguinis imbrè madet.
O cruor! ó sudor! sunt talia signa laboris,
In terris positus quem Deus ipse subit.
Et tu vilis homo spernens exempla Tonantis,
Tempore non modico desidiosus eris?
Vah! piget, extremos nequeas si ferre labores,
Sudanti vt faciem sanguinis vnda riget;
Quod potes, illud agas; opus accipe viribus equum;
Premia nulla ferres, si piger vsque manes.

Iesus de Virgine natus.

A N A G R A M M A.

En visus erit Dei agnus.

Ille Dei est Agnus, mundi qui crimina tollit,
En modò, Mortales plaudite, visus erit.
Agnus visus erit, paruus dum vagiet infans;
Dum tormenta feret, visus & Agnus erit.
Ad mortem nam sicut ouis, ducetur IESVS;
Ore necem tacito flagraque dira feret.

Iesus in stabulo natus.

A N A G R A M M A.

En iustus saluabit nos.

Tartareo Patres gemitis quid carcere clausi?
Iam satis est votis, sat lacrymisq; datum.

Optat.

*Optatissæ ferat cum germine terra salutem,
Atque pluant iustum nubila, dentq; Deum?
Iustus adest, Deus ecce subit de Virgine natus.
Plaudite, saluabit nos, redimetque malis.*

Iesus in stabulo natus.

A N A G R A M M A.

Astu venit nobis salus.

N Ascitur in stabulo qui cuncta palatia Regum
Rex Salomone domum maior habere potest.
Certa salus hominum magno sic prouenit astu,
In stabulo puerum quis putet esse Deum?
Ante velut demon astu decepit Adamum,
Sic nouus hic astu demona fallit homo.

Iesus in præsepio reclinatus.

A N A G R A M M A.

Io, præfens puer à se inclytus.

D Icite io IESV, mortales plaudite cuncti;
Gloria in excelsis reddita sitq; Deo.
Cælica turba suo pangit dum Cantica Regi,
In terris etiam Musica grata sonet.
Post tantos gemitus, post tot suspiria, tandem
CHRISTVS ab intacta Virgine natus adest.
Plaudite Pastores, vobis nam gaudia desert.
Angelus, ad cunas iam properate Dei.

Plau-

*Plaudite Rex Regum præfens puer inclytus à se.
Hic Deus est; proavis non eget ille suis.
Progenies quamuis titulos Dàuidicà Matri
Conserat, hic maius stemma, genusque trahit.
Attamen in stabulo puer hic, tantusq; Monarcha
Natus stramineum possidet ecce torum.
O stupor! ô mirum! posthàc quis mollia queret?
Eligit ut nascens aspera cuncta Deus.*

Iesus in præsepio reclinatus.

A N A G R A M M A.

O Sapia! pueris lucens eris.

I nfinite Dei lucens Sapia, IESV,
Exemplum pueris tu puer ipse dabis.
Paruus enim factò clamas, quod postea verbo;
Discite Mortales, sum quia mitis ego.
Corde humilis videor, semper vultuque benignus,
Quà decet & veneror religionè Patrem.
Subditus & Matri promptè mandata capeffo;
Tu me quisquis amas, hoc imitare puer.
Sed dolor! hæc quamuis fuerit Sapia lucens
Cunctis, vix vni dogma salubre placet.

Iesus à Matre adoratus.

A N A G R A M M A.

Ardeat amor, suavis est.

A rdeat intus amor, colitur dum Numen IESV.
Suavis amor pueri, suavis amorq; Dei est.

Te

Iesus pannis inuolutus.

A N A G R A M M A.

Tu nos lenis panis viuus.

A Pra domus panis Bethleem iam noscitur esse.
CHRISTVS ut hac vagit natus in vrbe puer.
Ille etenim panis viuus delapsus Olympo,
Nos licet agrestes lenit, alitque simul.

Infans Iesus circumcifixus est pro more
Iudæorum.

A N A G R A M M A.

Is præ nimio amore succensus, suis
fudit cruorem.

S Cire cupis, IESVS cur circumciditur infans?
Iussa sibi statuit talia Diuus amor.
Non sicut reliqui, scelus hic contraxit Adami,
Ut foret illius sanguine habenda salus.
Præ nimio fudit succensus amore cruorem:
Isque suis fudit, quidquid amore dedit.
Sim tuus ô IESV; mihi profuit sanguinis vnda,
Quam modo de tenero corpore fudit amor.
O amor! ô sanguis, mea spes, pretiumq; salutis!
Me precor assidue da meminisse tui.

le-

Iesus à Magis adoratus.

A N A G R A M M A.

Suauiis do gratias meas.

F Vgentiori stella quos ducit suo
Splendore Reges, concito ad cunas gradu
Properate CHRISTI: quodque desertis pij
Monimentum amoris, thure permixto aureum
Offerre munus. Diues hic vobis puer
Maiores reddet. Gratias inquit meas
Ego do suauiis. Gratia quodnam Dei
Infantis huius esse par munus queat?
Desertis aurum? Caritas aurum præsit.
Cum thure myrrham symbolum affectus datis?
Spes iuncta fidei præualeat donum Dei.
Et dum suauiis totus & vultu suas
IESVS sereno gratias confert puer,
Caleste donum si quod augmentum capit,
Id omne tribuit. Regibus iunctum, precor,
Me cerne IESV: pedibus aduoluo tuis,
Et vile quamuis, pignus affectus gero;
Cor ecce tribuo; quidquid & potest tibi
Mortalis animus ferre, iam totum exero.
Nihil reseruo, gratia ut donum puer
Mibi suauiis seruuolo feras tuo.

Puer Iesus.

A N A G R A M M A.

Piè seruus.

S Vbditus hic veluti seruus Matricæ, Patrique,
Iussa piè exequitur filius ecce Dei.
Hoc puer exemplo facias mandata Parentum:
Nè seruus fueris, filius esse nequis.

le-

Iesus Redemptor.
ANAGRAMMA.
Emeritus prodes.

E Meritus prodes, pateris dum Christe Redēptor.
Pro nobis meritum vult Pater esse tuum.
Cur homo desperes regnum caeleste mereri,
Dum proprijs satagens viribus ipse nequis?
Eia age, sume animos; dirā nam morte Redemptor
Quae tibi promeruit, caelica regna dabit.
Gloria non deerit, modo sit tibi gratia CHRISTI.
Iugiter hanc igitur supplice mente roga.

Iesus Saluator.
ANAGRAMMA.
Sol suavis erat.

D Vm sine nube micat sol, cernitur esse suavis,
Suavior at proprio lumine Christus erat.
Suavis erat IESVS toti, dum viueret, Orbi:
Suavis erat puer hic, suavis adultus erat.
Suavis erat vultu, veluti sermone suavis,
Suavis erat Matri, suavis eratque Patri.
Discipuli suauem nec non habuere Magistrum,
Vidit & hunc suauem criminis ipse reus.
Magdala testis erit, quae IESV sole suavi
Oscula dans pedibus, suauiter vsa fuit.
Sis pariter nobis, IESV, sol quæso suavis,
Nostrāque sit radijs mens recreata tuis.

Iesus Saluator.
ANAGRAMMA.
O fit vera salus!

O Sit vera salus nobis Saluator IESVS!
Non pereat pretium quod crucis ara dedit.

AD
IESVM CRUCIFIXVM.
Rythmus Iambicus.

A Mor Deus dulcissime,
Redemptor & piissime,
IESV Patris per omnia
Pari colendus gloria.
IESV salus fidelium,
Et unicum solatium,
De Matris aluo Virginis
Qui prodixisti, criminis
A labe nos ut tergores,
Mundōsque culpā redderes;
Tui clientis anxia
Vide precor suspiria.
Ad te gemo cum sletibus,
Et maximis doloribus:
Vix ore verbum promitur,
Mœrore cor dum finditur.
Heu! quis Tonantis filium,
Candens amoris liliū,
Cernat pati sic tormina,
Nec sentiat grauamina?
Vrges amor, torques Deus:
Amor tuus, dolor meus;
Tuum mihi suspendium,
Doloris est incendium.
Ah! totus vrōr igneus,
Accrescit ut dolor meus;

Vim temperat sed lacryma
In copia quæ maxima
Nostris ocellis effluit,
Ardensq; pectus abluit:
Amor dolori subuenit,
Viamq; luctus inuenit.
Primum canat lugubria
Quæ voce tristi nœnia?
Quocumque verto lumina,
Cruoris exstant flumina.
Tuum caput pulcherrimum,
Et Angelis gratissimum.
Serto reuinctum spineo,
Madet cruoris alueo.
Manus creatrix omnium
(Est veritas, non somnium)
Hic perforata cernitur.
Clauoque fixa panditur.
Pedes, quibus calcabiles
Fluctus maris mirabiles
Se præbuerunt, noxij.
Iam perforant & impij.
Est lancea per militem,
Est efferum satellitem
Latus mucrone saucium,
Ad ima cordis peruium.
Hoc vulnus vt considerat,
Te cor meum desiderat.
Me luctus ingens afficit,
Cum te dolor sic conscicit.
Intra latus me condito,
Guttas cruoris fundito:

Se

Se feruidam mens sentiat,
Vt in bonis consentiat.
Cordique cor sic vnias,
Vt ampliores gratias
Tuis ferat fauoribus,
Pijs flagrans amoribus.
Amore IESV langueam,
Amore CHRISTI palleam;
Tecum mori plus eligo,
Te CHRISTE quando diligo.
Te diligam, sed maximè,
Feruens amor sit intimè:
IESVS amorem prodidit,
Quando cruci se tradidit.
Non maior cadet caritas,
Æterna nobis veritatis
Monstrat Dei quàm filius
Mortalibus verè pius.
Amor Dei mirabilis,
Et voce non effabilis:
Amor Dei quàm fortis es,
Amor Dei quàm suavis es.
Amor domas fortis Deum,
Amor suavis cor meum
Ad te trahis suauiter,
Impellis atque fortiter.
Sed quaeso, me potentiùs
Velim trabas & fortiùs:
Tecum mori desidero,
Proinde cuncta desero.
Mundi vale dementia,
Mundi vale potentia:

Carnalibus fallacijs
Vale Venus cum gaudijs.
Te CHRISTE totus ambio,
 Tormenta ferre gestio:
 Pro te mori iam ferueo,
 Magis crucem non horreo.
 Si non finas pro te mori,
 Saltem finas tecum mori:
 Vnum mihi votum mori,
 Sed cum meo IESU mori.
 O mors mihi dulcissima,
 Et cum Deo gratissima,
 Quam te lubens desidero,
 Per te nimis felix ero.
 Felix ero perenniter,
 Fruens Dei suauiter
 Dono superni luminis,
 Summique vultu Numinis.
 Hac vota IESU suscipe,
 Meosque luctus percipe:
 Vivo mihi da gratiam,
 Et mortuo da gloriam.



(S)(+)(S)†††(S)(+)(S)

Ante vel post Missam.

*Exercitium ingentis meriti & efficaciae, seu Actus
 Heroicus & Pactum cum Deo ineundum.*

O Benignissime Pater misericordiarum, Deus Dominus, ac Creator meus: ex quo, per quem, & in quo sunt omnia, in te enim viuimus, mouemur & sumus; proindeque supremi iure Domini omnia seruiunt tibi: Hinc & tuus sum ego; vt nunc meipsum trado tibi in seruum perpetuum foedere perpetuo ac sempiterno; vt omnia Vitæ meæ momenta, & omnia quæ intra me & circa me sunt, benedicant Nomini tuo. Sed quia præsentis vitæ necessitates minus sinunt mentem indefinenter intendere laudibus tuis, hinc tale Pactum tecum, mi Domine inire cupio.

Quoties cælum suspexero; vel pectus percussero. Quoties horologium; aut signum Missæ, vel Eleuationi Sacratissimæ Hostiæ percepero; Rosarium vel librum in manus accepero. Quoties Carnem, Mundum, vel Dæmonem, me in quacunque materia fidei, spei, charitatis, castitatis, patientiæ, humilitatis, &c. tentantem sensero. Quoties dulcissimum nomen IESVS & MARIA, corde vel ore dixerò. Similiter Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, Sicut erat, &c. Deo gratias. Oremus. Alleluia. Ad Maiorem Dei gloriam. Immaculatissimè Concepta B. V. MARIA. Monstra te esse Matrem. Benedicite Deus. Nos cum prole pia, benedicat Virgo MARIA. dixerò.

Quoties caput ad sacram imaginem inclinauero. Sacram imaginem osculatus fuero. Oculos in altum sustulero. Supplicis ritu manus iunxero. Terræ oscula fixero. Brachia pandero. Genua flexero. Brachia super

super pectus decussero. Manum cordi imposuero. Signum sanctæ **+** Crucis præserim eo signando Cor, Os, aut Manu, aut Frontem efformauero. Piam imaginem intuitus fuero, aut reuerenter attractauero. Nunc pro tunc declaro toties me facere & exercere velle omni meliori, quo fieri potest, modo & forma. Actus hosce sequentes: etsi forte pro tunc ad hoc mente minus aduerterem.

Toties, inquam, gaudeo, & gratulor tibi ex animo, ob infinitas perfectiones tuas, quod sis **Q V I E S**, id est **D E V S** Omnipotens, sapiens, bonus, misericors, iustus &c. Summum creaturæ rationalis bonum. Quod nullius egeas, vt potè teipso sat beatus, & sufficiens tibi; nostra autem omnis sufficientia ex te sit.

Gaudeo etiam, Domine, propter opera bona, quæ vnquam facta sunt, hodie fiunt, fientque deinceps, propter amorem tui, aliq; omnia, quæ fieri possent ab ijs, quos creasti & creare potuisses, idq; ea qua possibile est, perfectione.

Gaudeo, ob ea, quæ **Dñs noster IESVS Christus. Virgo MARIA. SS. Angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, Omnesq; SS. & fideles omnes egerunt, ad gloriam tuam: nec non ob amorem, quo te æternum prosequuntur, & laudes, quas tibi in perpetuum dicent.**

Offero tibi omnia sacrificia laudis, vota & desideria cordis mei. Vota quoq; & desideria deuotorum tuorum vtriusq; sexus.

Offero tibi omnia sanctæ Missæ Sacrificia, quæ vel hætenus in Ecclesia peracta, vel deinceps vsq; ad consummationē sæculi peragenda sunt idq; animo Adorandi, & Laudandi Te vti **DÈVM** supremæ Maiestatis, potētiae, sapientiæ, bonitatis, longanimitatis. Et vtinam affectu, zelo, & feruore Beatiss: **Marris & Virginis MARIE. SS. Angelorum, & omnium Beatorum præsertim Pa-**
tro-

tronorum meorum **N. & N. Te Deus meus summū Bonum meum, colere, amare, & laudare valeam.**

Item gratias tibi agendi, nec non placandi Te, & bona omnia gratiæ & gloriæ impetrandi à Te. Et quia in omnibus deficio, peto à te supplex istam gratiam vt pietate & misericordia tua infinita supplere digneris omnem defectum meum. Mea culpa &c. Volo deniq; **ô Deus meus, vita animæ meæ, Te admirari, æstimare, glorificare, benedicere, amare, me offerre, postulare, obtestari, donare, compati & imitari. Quin etiam gaudere me significo de bonis tuis, credere me, languere propter Te, fidelem velle esse, & cōstantē in seruitio tuo, abundare in desiderijs, dolere de vita præterita male anteacta, vnire me te, resignatū esse in voluntatem tuam, humiliare me, & abdicare ijs omnibus quæ sunt intra vel extra me, amanter tecum queri, renouare me, viuere nolle, aut respirare nisi in Te, cogitando semper de Te atq; hæc omnia ad eum modum quem fusus (vt *Paul' de Barry S. I. informat*) declarauit, declaro, & cum Tua gratia sæpè sæpius & sæpissimè declarabo. Hæc est mens mea in tempore hoc eritq; per omnem æternitatem. Insuper addo. Doleo de peccatis meis omnibus & singulis ex animo propter amorem Tui. Spero de infinita misericordia tua veniam. Propono cum gratia tua, non amplius offendere te.**

Doleo quoq; ob tot peccata à mundi initio, huc vsq; à quocunq; homine commissa, ijsque Te tam grauiter offensum. Opto ex animo, vt compensari aliquatenus meo sanguine possent. Vtinam vice cuiusq; peccati singulis æternitatis momentis mille Tibi obsequia à **SS. Angelis, & omnibus Beatis** deferantur.

Dimitto ex animo amore Tui, omnibus qui me offenderūt, vel quomodocunq; læserunt & opto illis pro singulis offensis, à te peculiarem aliquam gratiam, seu beneficium, & vtinam ipsi nunquam tuam offensam incurrant.

In manus tuas committo me & omnia mea: præfer-
tim finem Vitæ meæ, vt disponas de me, vti re maxi-
me tua, in tempore & æternitate, quod tibi placuerit
& visum fuerit fore ad maiorem tuam gloriam.

Postremo offero tibi quidquid possum melius, & me-
liori modo præcipue verò, Vitam, Passionem, & Sangui-
nem Domini nostri IESU Christi, merita & suffragia
Beatiss. V. M. & Omnium SS. in gratiarum actionem
pro beneficijs omnibus corporis & animæ quæ à te ha-
benus accepi, & deinceps accipiam, præsertim pro
Charitate, qua ab æterno dilexisti me, & pro dono per-
seuerantiæ obtinēdo, vt tibi inseparabiliter adhæream:

Hunc ipsum Actum, quo ad singula membra, aliaque
his implicite inclusa, toties ratum esse volo, quoties
aliquid ex signis præstitutis vel præstituendis edidero:
imò tot vicibus, quot Creaturæ productæ sunt à te,
aut produci possunt: quoties Spiritum duxero. Deniq;
quoties possibile, vel imaginabile est, id ipsum iterari ac
multiplicari. Atq; hoc pure ob amorem tui, omnesq;
bonos ac sanctos fines, qui ab vilo haberi possent.

Domine, quod dixi dictum, factum, gratū, ratumq;
volo; affectu, effectū, fructuque, quoad licet maximo.

Digneris o Domine Deus meus lumen oculorum
meorum acceptare pro infinita misericordia tua hoc Pa-
ctū meū vti & cætera omnia. Et nunc prostratus ad
pedes Maiest: tuæ, fretusq; ineffabili tuā bonitate cum
profundissima animi submissione flagito à te hanc tam
desideratā mihi gratiā, & ex toto corde meo supplico,
vt pacta mea omnia benignè suscipias, eademq; Vnige-
nito Filio tuo, Spiritui S. Immacul: Conceptæ B. V.
MARIÆ esse facias accepta, mihi deniq; tantum gratiæ
largiaris, vt ea, & sæpè & sanctè vsurpando pro-
ficiam, eaq; ratione efficiar talis, qualem tu me
esse desideras, dignum scilicet magnitu-
dinis gloriæ tuæ instrumentum.

A M E N.

3)(+)(8)

H Y M N V S de Septem doloribus Beatæ
Virginis MARIÆ.

- I. **A**VE dulcis Mater Christi, quæ dolebas
corde tristi, te docente Simeone, de
diro mortis mucrone.
Sis memor huius doloris, nunc & in
omnibus horis: fac me piè memorari, pœ-
nam mortis tui chari.
- II. **A**VE dulcis Mater Christi, quæ in Ægyptum
fugisti, vbi tu notis carebas, & labore, tabe-
scebas.
Nunc quæso, sis exilij tui memor ac Filij:
da te mihi & Filium videre post exilium.
- III. **A**VE dulcis Mater Christi, quæ dolebas cor-
de tristi, Natum requirens inclytum, tribus
diebus perditum.
Pro hac tua mœstitia, fac me in eius gratia
inuentū per te pleniter, perseuerare iugiter.
- IV. **A**VE dulcis Mater Christi, quæ dolens &
flens vidisti, captum, vinctum, dire cæsum,
plenum probris dulcem IESUM.
Huius memor tristitiæ, Mater misericordiæ
à dæmonis insidiis serua me, & opprobrijs,
- V. **A**VE dulcis Mater Christi, quæ Filio occur-
risti, humeris crucem ferenti, & sub illa
corruenti.
Fac, per onus illud graue, mihi iugiter
IESU suaue, crucem libenter portare, per-
tando perseuerare.
- VI. **A**VE

VI. Ave dulcis Mater Christi, quæ dolens & flens vidisti, cruci nexum speciosum, IESVM, factum vt leprosum.

Per dolorem hunc tam fortem, & per tui Nati mortem, in hora mortis vltima, adesto mihi proxima.

VII. Ave dulcis Mater Christi, quæ de cruce suscepisti vlnis IESVM iam mortuum piolum plena fletuum.

Vlnis tuæ clementiæ, fove me Mater gratiæ, cum omnibus fidelibus, solamina poscentibus.

Ob pœnas quas suscepas, ista loca dum videras; da post hæc transitoria, mihi locum in gloria.

In honorem nunc tantorum, cæterorumque dolorum, quos pro Nato, corde tristi, Virgo vnquam pertulisti. Meam tibi miseriam committo: serua animam, semperque sis doloribus, dulcis adiutrix omnibus.

O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo MARIÆ.

O Mater DEI, memento mei.

✠. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

✠. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

O Domina mea dulcissima, visceribus misericordie plena, per hos septem dolores tuos succurre mihi misero peccatori, antequam mors subitanea & improuisa superueniat: ne subito & imparatus de hoc mundo transeam. Ora pro

pro me MARIÆ Virgo benedicta, ob vnigeniti Filij tui Domini nostri IESV Christi mortem amarissimam, vt peccati derestatione, & diaboli, & operum eius abrenunciacione, verâ contritione, purâ & humili confessione, pœnitentiâ & satis factiõne dignâ Dei acceptione, & proximi dilectione, Filio tuo reconciliatus de hoc mundo transeam. Et fac mecum misericordiam tuam ô Beata Virgo MARIÆ, Mater Dei, in illa tremenda hora, quando spiritus vitales deficient & mortua lingua se mouere non poterit ad inuocandum te, neque oculi mei lucem capere poterunt, auresque meæ nulli voci patefcent: memor esto tunc, ô MARIÆ precum, quas nunc fundo ad aures tuæ pietatis, & subueni mihi in illâ vltimâ horâ necessitatis, vt liberer à ministris diaboli, & collocer cum Christi fidelibus Filij tui seruis, & amicis. Amen.

*HYMNVS de septem Gaudijs Beatæ
MARIÆ Virginis.*

- I. **G**Aude Virgo Mater Christi, quæ per Gaurem concepisti, Gabriele nuncio.
- II. Gaude, quia Deo plena, peperisti sine pœnâ, cum pudoris lilio.
- III. Gaude, quia oblatio, Regum quoque deuotio, exhibetur Filio.
- VI. Gaude, quia tui nati, quem videbas mortem pati, fulget Resurrectio.
- V. Gaude Christo ascendente, qui in cælum revidente, motu fertur proprio. VI. Gau-

VI. Gaude, quia Paracletus, demissus fuit cæli -
tus. in tuo Collegio.

VII. Gaude quæ post Christum scandis, & est
tibi honor grandis in cæli palatio. Ibi fru-
ctu ventris tui, per te nobis detur frui, in
perenni gaudio.

¶. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.


O R A T I O.

DEVS qui Beatissimam Virginem **MARIA M**,
in conceptu & partu dilecti Filij tui vir-
ginitate seruata duplici gaudio lætificasti: qui-
que eius gaudia, eodem Filio tuo à mortuis re-
surgente, & ad cælos ascendente, multiplicasti:
tribue quæsumus, vt ad illud ineffabile gaudium,
quo tecum assumpta gaudet in cælis eius me-
ritis & precibus peruenire mereamur. Per eun-
dem Dominum nostrum, &c.

¶. Diuinum auxilium maneat semper nobi-
seum. ¶. Amen.

*O R A T I O Quæ quoties dicitur deuotè, Anima
è purgatorio liberatur.*

DEVS qui nobis in Sacra Syndone, qua corpus
tuum Sacratissimum de cruce depositum à
Ioseph inuolutum fuit, passionis tuæ vestigia re-
liquisti concede propitius vt per mortem & se-
pulturam tuam ad Resurrectionis gloriam per-
ducamur. Qui viuis & regnas &c.



I. M. I. A.

O I E S V Regum Rex dignissime; Imperator excellen-
tissime, Princeps Illustrissime.

*Aue viuificans gemma Diuina nobilitatù. Aue immarcescibilis
Flos humana dignitatù. I E S V amantissime Tu mea sum-
ma & vnica salus Licet mihi pacisci T E C U M*

QUOTIES dixero. **C O M P A S S I O R** Commiserationem
quam habeo Tecum, indico verbis sequentibus de-
claratam. Ita me afficiunt iniuriæ, opprobria, despici-
entia, cæteraq; indignitates, quas decursu passionis Tuæ
pertulisti, vt paratus omnino foream Vitam omnem in su-
spirijs singulisque fletibusq; ducere, ita vt ambo oculi
mei binis lachrymarum riuis sine cessatione effluerent
quibus ad extremum vsq; halitum palam orbi testifica-
rer dolores, quibus cor meum affligit mors Tua. Suspi-
ro flebiliter ad vocem & clamores amoris plenos, quos
Sanguis IESV ciet (quantò innocentior, quàm fuerit iusti
Abel) qui tanto cum amore effusus est ex parte Eius. quã-
ta cum crudelitate à parte hostium. Colliquefcit cor me-
um compassionis teneritudine, solaq; tot Sanguinolent-
tarum ex amore profusionum recordatione, quas alia
in super pænæ acerbissimæ comitabatur, neq; facere pos-
sum quin perpetuò in animo versem Imaginem tam mi-
serandi spectaculi tamq; atrocium vulnerum quibus
perfoffus amore mei fuisti Nolo. nolo solum Te, duos
inter latrones destitui, nolo solas filias Ierusalem inge-
tibus pænis Tuis illacrymari. Ego quoq; in partem ve-
nire, & quotidie pia meditatione columnæ me sistere
proximum volo, vbi Tu flagellorum ictus heu? sex mil-
lia accepisti, aut pedi Crucis vbi tormentis obrutus im-
manissimis animam exhalasti, nec committam vt in la-
crimis dolorisq; & compassionis acerbis me superent
alij qui ob tormenta quæ perpeffus es, tui commiseratione

tionē tanguntur. Imò sic desidero tormentorum tuorum fieri, quā licet particeps eaq; sic Tecum partiri, vt solus ego tanta cuperem compassione ferri erga Te, quantā omnes simul Sancti ferebantur. Perfer Tu patere morere mi IESV ego in sepulchrum Tibi Cor offero in quo Te, per suspiria perpetua continuamq; recordationem reponam ac retinebo.

Quoties dixerō. O IESV DOLEO. Obsecro vt ita intelligas, atq; si ista verba dicerem O IESV, oro cum iutimo quemq; elicere possum, maximo doloris sensu, ignoscere velis sceleribus vitæ meæ, quæ & generatim omnia & singula sigillatim detestor & abhorreo, quia læsæ Maiestatis Tuæ crimina sunt, & à Te ultimo Fi ne suo exerrantes actiones cum proposito efficaci bene iuuante gratia tua consistendi, de illis, seriōq; emendandi, & mortes potius mille subeundi, quā vt eorum vel vnicum deinceps suscipiam. O IESV. doleo dolore animi mei maximo & penitissimo, quod per summum Tui contemptum cupiditates meas, Diuinæ Maiestati Tuæ antetuli, & extremè odi ipse me, propter culpas meas, quæ cum actiones meæ fuerint, ijs tamen non honorauit Te, vt fieri oportebat, & ob iniurias tot ac tantas quibus è contrario Te affeci. Misericordia! Misericordia! O DEVS meus & omnia, Hanc oro à Te ex toto corde, cum protestatione inuiolabili reparaturum me damna hæc honoris tui, obsequijs, & seruitijs meis quæ summa cum fidelitate, posthac exhibeo. O IESV. Facit amor tui vt doleam me offendisse Te, qui tam bonus es, & tam mihi Bonus, Nihil inferni timor neq; amittendi Cæli metus in detestatione scelerum meorum loci habet. Solus ante oculos meos Tui amor obuersatur, nec aliam doloribus oppressi cordis propter iniquitates & delicta iuuentutis meæ reperi causam, quā quia Amo.

Item

Item cum dixerō. GRATES AGO vel illud Deo gratias verbave similia, significo ijs desiderium quod habeo referendi Tibi gratias infinitas pro omnibus ijs rebus, quas posterius nunc pro semper, semel pro semper eloquor. Gratias tibi ago, o seruator mi, cuius ego mille nominibus debitor sum ob amorem illum infinitum quo me persecutus es. eò vsq; vt humana carne vestiri uuleris, natiuitatis tuæ tempore in stabulo delitescere, triginta exin annorum spatio vitam degere, omnibus pænis molestijsq; obnoxiam, tanta deniq; cum ignominia in ligno Crucis emori, cum patientia quidem incredibili, idq; totum commodo duntaxat meo, meiq; amore tanquā si præter me nemo ullus in mundo degeret. Gratias Tibi ago, quod per aquas S. Baptismatis adpraueris me in filium Tibi, quod à diaboli potestate morte & inferno toties eripueris. quod è tenebris peccati, in quibus diutissimè hæsi, me extraxeris, cum tanta suauitate & patientia præstolando interea penitentiam meam, nec præcipitem agendo in infernum, sicuti merebatur scelera mea. Grates ago ob tot inspirationes mihi submissas, tot instructiones, admonitiones, & quasi Lectiones, quæ Tuo nomine ad me habitæ sunt de tantis quoq; exemplis bonis, quæ mihi cum in admirabili vita tua, tum fidelium seruorum tuorum reliquisti, de tot omnium generum benefactis, quibus me Tibi obstrinxisti, conseruando sanum à tot malis præseruando, è tot periculis eximendo, tantum occasionum ad bene faciendum largiendo, participem reddendo Sacramentorum tuorum, & deniq; gloriam promittendo æternam. Grates habeo, pro omnibus beneficijs, quæ totidem argumenta sunt bonitatis tuæ, quæ Tu mihi in primis, dein alijs quoq; omnibus ijs præsertim exhibuisti qui obliuione omnem quam deberent, gratiarum actionem sepeliunt.

Demum

Demum gratias meminisse volo omnibus illis modis
qui tibi sunt omnium acceptissimi.

Quoties dixerò, **D O N O** simileue aliud, in munus of-
fero Tibi, quæcunq; mox enumerabo **ò I E S V**. **D**ono
tibi animam meam memoriam, intellectum, volunta-
tem, cor & corpus meum, bona & possessiones meas, &
quicquid vñibus meis inferuit, quicquid in potestate ac-
censu meo est, & donationem quidem horum facio irre-
uocabilem eo animi sensu, quo potest donare vlla crea-
turarum ad tempus vel æternitatem, **I E S V** dono me ea-
ratione Tibi gratissima, quæ se vnquam creatura quæ-
cunq; illa sit, Diuinæ tuæ Maiestati dono dedit, vt siue
māducem, siue bibam seu loquar, siue sileam, siue in tem-
plo commorer, siue in domo, siue alibi locorum, siue æ-
ger sim, siue sanus, seu viuam, seu moriar omnibus vitæ
meæ horis atq; momenti volo, hæc fieri omnia Tibi,
Propter **T E**, in **T e**, cum nullum sit pulchrius, nullum
me dignius decretum, quàm totum me **Tuum** esse. **I E S V**
Tibi Temetipsum dono, & auctarium addo ipsum **S. Spi-**
ritum. **C**um enim ambo sitis mei, duplex hoc donum ac-
cipe. Hoc enim maximū est, quod donare possū **Deum**
D E O, **I E S V M I E S V**, & **I E S V** Spiritum **S. Deniq;** cum dixerò.
P E T O a **T e**, familiaq; verba, illud volo, pro me nimirum
proq; illis omnib⁹, qui paris mecum indigentia sunt. ef-
flagitare, a **T e** omnia illa quæ nunc enarro **ò I E S V** hu-
millimè Tibi supplex fio, ne in me pereat Passio tua, vtq;
elargiri mihi velis quæcunq; Dominica, quam **Tute** nos
edocuisti, oratio cōprehendit; præsertim verò vt placeat
Tibi anteaquam mihi vitam ignoscere, cum illo fauo-
ris auctario, vt nunquā deinceps peccē. Oro illam præ-
terea gratiam, vt cognoscere mihi detur primū me
anet, tum deinde dona quoq; **S. Spiritus**, **Theologicarū**
& **Cardinalium** prætia virtutum, omniumq; aliarum.
Peto veniam, gratiam & gloriam A M E N.

In Honorem SS. Trinitatis.

Benedicat me **D E V S** Pater, qui cuncta
creauit ex nihilo.

Benedicat me **D E V S** Filius, qui hominem per-
ditum ex sanguine proprio reparauit.

Benedicat me **D E V S** Spiritus **S.** cuius me sal-
uet piæ consolationis infusio. Amen.

*Verba hæc magnam vim contra tentatio-
nes habere cuidam reuelatum est.*

Vide Thom: de cantiprat.

*In Honorem I E S V Christi Crucifixi; Formato
in fronte, ore, ac pectore S. Crucis si-
gno sepius dic.*

I E S V S Crucifixus, sit in cogitationibus meis.

I E S V S Crucifixus, sit in verbis meis.

I E S V S Crucifixus, sit in operibus meis.

Ex Bland: SS. Hagijop: P. de Barr: S. I.

*In Honorem SS. Virginitatis & Immacul: Con-
ceptionis B. V. M. Ter Crucem super cor
efformes, & deuotè dic.*

Per Sanctam Virginitatem, & per Immacu-
latam Conceptionem tuam, & per cor Filij
tui amantissimum. Purissimā Virgo **M A R I A**
emunda cor mentem & carnem meam. In
Nomine Patris **✠**, & Filij **✠**, & Spiritus San-
cti **✠**, **A M E N**,

Exurgat **D E V S**, & dissipentur inimici eius.
Remedium contra Malignos Spiritus salu-
tiferum & potentissimum.

Ex Niff: Politic: calor.

L A V D E T V R **S S. S A C R A M E N T V M.**

[The text on this page is extremely faint and illegible, appearing as ghosting or bleed-through from the reverse side of the leaf. It consists of several lines of text, possibly including a title or a list of items.]